



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 61. Papæ sententia circa Oratores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)

brevi
 x Sy
 vi in
 nisie
 a Le
 totus
 iplina
 esides
 t: de
 x Le
 Gallo
 lures
 super
 stras
 ea hac
 possit:
 , ut
 e, ac
 ma
 neulo
 o de
 ucto
 gatio
 amen
 quam
 mihi
 ingii,
 ecre
 m eis
 adi ad
 llent,
 plum
 xium

"noxiū auctoritati vestræ, eo pericu- Sæculi XVI.
 "lofius imposterum, quo majoris au- A.C. 1563.
 "thoritatis viris ejusmodi facultas data
 "fuisset, negotio tamen jamjam Lo-
 "tharingio, & Madrutio Cardinali-
 "bus commisso prosper hujus rei exitus
 "horum prudentiæ relinquendus vide-
 "tur, nec adversus successus timeriva-
 "let, cum Lotharingius Cardinalis sen-
 "tentiam suam proferens dixisset, haud
 "consultum sibi videri, ut residentia jure
 "divino præcepta declaretur, Madrutius
 "vero præter optimam voluntatem acri
 "judicio præditus esset.

§. LXI.

Papæ sententia circa Oratores.

Insuper Papa Legatis significabat, ad *Pallav. c. 3.*
 evitandam quamcunque contentio- *n. 6. § 7.*
 nem posse præscribi, ut Oratores ad
 publicas functiones non accederent, nisi
 vocati. Hæc Pontifex prescripserat,
 ut lite in, quæ antea circa Lusitanæ
 Oratorem erat exorta, componeret, si-
 mulque Gallorum dissidia præverteret,
 quæ ab eis abs dubio fuscitanda præ-
 viderat, si Lunensis Comes de loci præ-
 rogativa contendere vellet. Verum ad
 hoc caput Legati rescribebant, quod id
 quidem initio fortasse fieri potuisset,
 nunc autem nimis serum esset, cum
 penes oratores jam sit possessio liberi ac-
 cessus

Sæcul. XVI. cessus ad omnes solemnitates pro suo
A.C. 1563. arbitratu, adeo, ut non possit nova illa
 prohibitio induci, quin Galli irritaren-
 tur, cum ad nihil flecti possent, quod
 dubitationem præseferret de ipsorum
 prærogativa, ac juribus. Enim vero Le-
 gati peculiarem libellum ad id Commen-
 dono tradiderant, dato illi negotio, ut
 exponeret Lunensi Comiti, cuncta stu-
 dia ab ipsis impensa satis non fuisse, ut
 Franciæ Oratores potuissent induci in
 id, quod ipse a se optari Lancelloto
 significaverat: proinde suadebant, ut ipse
 consilium caperet pro sua prudentia, cum
 fortasse præsentia sua eas difficultates
 evincere posset: interim eidem pariter
 nuntiabant, quod supersint impedimen-
 ta fors vix superanda, quæ eveni-
 rent in publicis functionibus Ecclesiæ,
 veluti in ingressu, in exitu, in exci-
 piendo pacis, ac thuris honore, ubi e-
 vitari non possent aperta prærogativæ
 argumenta, unde abs dubio tumultus
 oriretur.

§. LXII.

Articuli de matrimonio a Theologis examinati.

Pallav. l. 20. Interea Synodi Patres, ac Theologi
c. 4. n. 1. suas prosequebantur congregations,
 atque in reliquis articulis, qui Sacra-
 mentum Matrimonii spectabant, omnino
 coll.